

# Monasticon Praemonstratense, Editio Prima, Tomus II, 1952

D R Y B U R G H M. M. V., SS. Joannes Evangelista et Modanus<sup>23)</sup>

Drie-, Dri-, Dryburg, -burgh, -burch, -burc, -borch, -brughe, -bart. In catalogis nostris antiquioribus occurrit sub voce Newnburgh, Neumburch, Novum Castrum (V et S), L habet: Neumburch sive Drieburg

Iuxta flumen Tweed, in parochia Mertoun, Berwickshire, Dioec. St. Andrews. Abbatia percelebris. Probabiliter erat ibi sanctuarium celticum,

<sup>23)</sup> Sigillum simul et stemma canoniae demonstrant abbatem quendam sanctum, qui nemo alias esse potest ac Stus. Modanus, qui ex hoc certe ut tertius patronus considerari potest.

100



ubi Stus. Modanus dicitur abbas extitis circa annum 520. Anno 1150 ope Hugonis de Morville, baronis cuiusdam ex Northumbria, qui factus est constabularius regni Scotiae, dictum sanctuarium traditum est Praemonstratensibus ex Alnwick, qui de facto biennio tantum post novam fundationem ingressi sunt. Filias genuit: Dieulacresse et Carrickfergus-Woodburn in Hibernia. Ecclesiae incorporatae et administratae: Lauder, Pencaitland, Sowerby, Borgue, Lanark, Lessudden, Maxtoun, Sembry, Vogrie, Kilrenny, Gullane, Channelkirk, Saltoun. Quibus accedit Smailholm (Smalham), quae anno 1420 incorporatur mensae abbatiali cum jure administrationis per proprios canonicos<sup>24)</sup>. Canonia saepius (1322, 1385, 1522, 1545), utpote in limitibus regni sita, bellis multa patiens, demum destructa et combusta est. Iam saeculo XII floruit ibi Adam Scotus, saeculo XIV vero, Radulphus Strode (?) et Patricius quidam, poetae notissimi. Parthenon opulentus O. Cist. in South Berwick propter collapsum anno 1390 cum omnibus pertinentiis datus est abbatiae Dryburgensi, similiter hospitale de Trefountain anno 1436. Reditus annui canoniae erant 912 Librarum<sup>25)</sup>. Ad tempus ibi vixerunt 50 religiosi. Anno 1584 adhuc duo erant in vivis. Familia Erskine, quae possedit commendam annis 1541—1700, adhuc saeculo XVII in claustro habitabat. Ruinae perpulchrae, in quibus sepultus est famosus scriptor Walter Scott, anno 1918 35000 Libris a gubernio sunt emptae tamquam monumentum nationale. Superest capitulum integrum (saec. XII), et maior pars ecclesiae et aedium claustralium.

Archivalia: Gen. Reg. House, Edinburgh — Registrum Dryburgense (Liber Stae. Mariae de D.) in National Library, ibidem — Tax Roll, Harleian MS 4628

Fontes et Litteratura: HUGO I 641, prob. 533/34 — WAEFELGHEM 80 — Acc. Treas. I, II, V, VI, VIII, IX, XI cf. ind. — A. O. ANDERSON, Early Sources II 211, 218, 249, 363, 371, 517, 521, 565, 697 — J. ANDERSON Laing Ch. Nr. 727, 969, 1077 — AUVRAY 379, 4467 — BECK VI 69/71 — BREWER, Lett Henry VIII, vol. II, IV, V, VIII, XIV/XVI, XIX/XXI — Cal. Chart. I 46, 105, 151, 155 — C. S. P. Scotl. 4, 7, 47, 97, 695 — CAMERON Ab. Cam. cf. ind. — CAP II 13/28 — CHALMERS III 336/41 et passim — Chron. Melrose 34/36, 53, 142/43 — COLVIN 367 — COTTINEAU 1003 —

<sup>24)</sup> LINDSAY/CAMERON Suppl. p. 197. Parochiae Sowerby (Sorbie) et Borgue postea transierunt ad canoniam Whithorn (v. infra).

<sup>25)</sup> Notandum est, valorem redditum quam indicamus, referre tantum ad redditus pecuniarum, non vero naturalium. Libra scotica longe minoris erat valoris quam anglica (Saec. XVI: 1:12) Cf. R. KEITH, *History of the Affairs of Church and State in Scotland*, Spottiswoode Soc. III pp. 377 sq.

# Monasticon Praemonstratense, Editio Prima, Tomus II, 1952

CRAM 171 sq. — DONALDSON *Accounts* cf. ind. — IDEM, *St. Andrews Form.* I, II cf. ind. — DUGDALE VI (2) 1152 — *Exch. R. Scot.* I 67, 299, 353, V 647 VI cf. ind. — J. FERGUSON, *Notes on Dryburgh Abbey and some of its Associations*, in *History of the Berwickshire Naturalists Club*, vol. XXIV (Edinburgh 1923) — GOODALL I 475, II 278, 401 — GOOVAERTS I 9/11 II 19, 217, III 7/10, IV 331 — GORDON 321/45 — GROOME I 376/77 — GROSE *Scotl.* I 103/11 — JAFFE 10784, 11044, 11936, 14998 — C. INNES *Liber Stae. Mariae de Dryburgh*, ed. Bannatyne Club, Edinburgh 1847 — KIRKFLEET 169/76, 187/90 — *Lib. Melrose* I 42, 59, 60, 105, 106, 124, 125, 294, 299, 301, 320, II 343, 349, 367, 380, 385, 389, 442, 490, 575 — A. C. LAWRIE, *Early Scottish Charters prior to 1155*, Glasgow 1905, p. 436 et passim. — LINDSAY/CAMERON, 152n, 196, 197 — McGIBBON/ROSS I 448/64 — G. MANUEL, *Dryburgh Abbey in the Light of its Historical and Ecclesiastical Setting*, Edinburgh 1922 — MITCHELL 103/04 — J. MORTON, *The Monastic Annals of Teviotdale, or the History and Antiquities of the Abbeys of... Dryburgh*, Edinburgh 1832, pp. 289 sq. — *Ob. Praem.* I 16. II, 3. V, 25. VI — P. L. I/IV, VII, IX, XII, Pet. I — POTTHAST 7070, 7071, 8260, 8358, 8364/65, 8373/74, 8381, 8384, 8394, 8412, 8414/16, 8470, 8940, 12031, 12035/36, 12053, 12113, 13086, 12033, 10843, 6632, 4273, 12034, 15637, 16488, 25518/19 — Lett. Com. Jean XXII 11573 — PRESSUTTI 3496, 4463, 5416 — Reg. Archb. York, Greenfield II — RICHARDSON J. S. WOOD M., *The Abbey of Dryburgh*, Edinburgh 19, 37 — F. ROSS, *The Ruined Abbeys of Britain*, London s. d. pp. 125/48 — RMS I/VI — RSS I 1975, 2796, 3519 — SLEZER (1814) p. 36, plan 32/33 — THEINER nr. CLXXI, MLVII, MLIX — THOMSON *Acts Parl. Index Gen.* I 454 — *Ual. Eccl.* V 329 — *Ual. Transcr.* I 3, II 67 — WALCOTT 328/31 — *Agreement between the Canons of D. and of St. James of Northampton concerning the Patronage of the Church of Boysegate*, in: STEVENSON, *Illustrations of Scottish History*, Publ. Maitland Club, Glasgow 1834 — *Dryburgh Abbey, its Monks and its Lords*, Edinburgh 1860 — Roy. Com. Hist. Mon., *Report Inventory, County of Berwick*, Edinburgh 1915, pp. 132/48

De Ada Scoto cf. N. WEYNS O. Praem., *Het Premonstratenzer Kloosterleven volgens Adam van Dryburgh*, Tongerloo 1948 (cum fusa bibliographia), et A. WILMART, *Magister Adam Carthusiensis*, in *Mélanges Mandonnet*, Paris 1930, pp. 145/61. — Scripta eius apud MIGNE PL voll. 153, 184 et 198 cf. indd.

## Series abbatum

(si fontem non adducimus, ex GORDON vel RICHARDSON/WOOD)

|          |                            |                            |
|----------|----------------------------|----------------------------|
| Roger    | 1152—77, res. Adam Scotus? | inter annos                |
| Gerardus | 1177/84                    | 1184 et 90? <sup>26)</sup> |

<sup>26)</sup> Adam videtur fuisse potius abbas locumtenens, seu coadiutor pro infirmo Gerardo. Cf. E. M. THOMPSON, *A Fragment of a Witham Charterhouse Chronicle and Adam of Dryburgh*, in *Bull. John Rylands Libr. Manchester* XVI (1932) nr. 2, p. 6

# Monasticon Praemonstratense, Editio Prima, Tomus II, 1952

|                           |                                       |                  |                        |
|---------------------------|---------------------------------------|------------------|------------------------|
| Richardus                 | 1190/96                               | Joannes          | 1398                   |
| Alanus                    | 1196                                  | William of       | † 1408 <sup>31)</sup>  |
| Galfridus                 | 1203/09                               | Dryburgh         |                        |
| (deinde abbas in Alnwick) |                                       | John of Aberdeen | 1408/14 <sup>32)</sup> |
| Wilhelmus                 | 1209/12                               | Thomas           | 1434—44                |
| Hugo                      | 1221/28                               | Jacobus          | 1444                   |
| Henricus                  | 1230                                  | Walter           | 1461—77                |
| Walter                    | 1235, res. an.<br>1240 <sup>27)</sup> | John Crawford    | 1478 <sup>33)</sup>    |
|                           |                                       | Andreas Lidder-  | 1483—1506              |
| Joannes                   | 1240/45                               | dale             |                        |
| Oliver                    | 1261/68                               | Andreas Forman   | 1509—16                |
| Thomas                    | 1270                                  | James Ogilvie    | 1516—18                |
| Wilhelmus                 | 1296/1324 <sup>28)</sup>              | David Hamilton   | 1518—22                |
| Roger                     | 1324—28                               | James Stewart    | 1523—39                |
| David                     | 1329/42                               | Thomas Erskine   | 1541—47 <sup>34)</sup> |
| Andreas                   | 1354/69                               | John Erskine     | 1547—56                |
| Johannes                  | 1381                                  | David Erskine    | 1556—1608              |
| Andreas                   | 1385                                  |                  |                        |

Inseri nequit: Valentinus (saec. XIII) Ob. Praem. I 25. VI

<sup>27)</sup> W. FRASER, *The Scotts of Buccleuch* (Edinbg. 1878) II 41?

<sup>28)</sup> STEVENSON II 70

<sup>29)</sup> *Cal. Charters I*

<sup>30)</sup> P. L. IV

<sup>31)</sup> P. L. Pet. I

<sup>32)</sup> ibidem, et *Vat. Transscr. II* 67

<sup>33)</sup> Defuncto abbate Waltero, Curia Romana nominavit Joannem (Whitelaw sive?) Crawford, qui erat de gremio domus. (Cf. *Munimenta Almae Universitatis Glasguensis*, Maitland Club, Glasgow 1854, II 86). Inde lites inter illum, et alium canonicum abbatiae, Hugonem Douglas, qui, appellatione ad Sedem Apostolicum facta, rejectus est. Ambo aemuli simul tetenderunt Roman, ubi Joannes mox obiit. Dein Hugo valide nominatus est abbas. Sed antequam bullam provisionis reciperet, pariter defunctus est Romae. Statim Andreas Lidderdale seu Lauderdale, sacerdos saecularis, accepit abbatiam anno 1482 vel 83, primo ad trimestrem „in commendam, donec professionem emitteret“. Qua emissa, fuit abbas regularis (P. L. XIII 811, 833)

<sup>34)</sup> Curia Romana anno 1539 nominaverat Robertum Wauchope, clericum scotum piissimum ac praestantem, in continente versantem (Cf. DURKAN, *Robert Wauchop, Archbishop of Armagh*, Innes Review I 48/65). Sed rex rejicit eum, intrudens secretarium suum Thomam Erskine, dicens: „abbatiam Dryburghensem opus habere abbate qui non solum potest bene praeesse claustro, sed etiam patrefamilias liberali, discreto et circumspiciente“. Curia anno demum 1541 Thomam confirmavit (BREWER, Lett. H., vol. XV 87 et saepius)

## F E A R N St. Ninianus

Fearne, Fern, Feryn, Ferina, Fernia, Farne, West Fern, Noveferne, -fferne.  
Nova Fernia, -Verina, -Ferina, -Farina.

Prope Sandwick in comitatu et dioecesi de Ross. Vitetur confusio cum canonica Ferns O. S. A. (Co. Wexford, Hibernia)

De aggregatione serotina ad circariam vide supra in praefatione<sup>35)</sup>

Abbatia fundata est annis 1220/27, prope Edderton, juxta Dornoch Firth<sup>36)</sup>, a Farquhard Macintaggart primo comite de Ross, cuius familia in posterum advocationem exercuit. Filia de Whithorn, a qua initio dependebat, ita ut priores Candidae Casae usque ad annum 1350, de gremio suo nominaverint abbates Fernenses. Canonica Fearn unica fuit Ordini nostri in Scotia, quae mere celticum characterem potius habuit quam angloscoticum, et exinde nonnisi sero et valde cunctanter reliquis canonii in austro sitis se adiungere voluit. Factum, quod priores Candidae Casae tam diu nominationem abbatum Fernensium sibi vindicaverunt, pariter videtur innuere, patres Circariae omnia fecisse, ut hos Gaels recalcitrantes ad sermonem moresque suos traherent.

Ferocitate clani vicini coactus, conventus residentiam versus annum 1238 in alium locum transtulit, 15 leucis distantem (Kill of Fearn, prope Cromarty versus aquilonem), ubi inter annos 1261 et 64 definitive sedes collocavit. Inde nomen „New Fearn, Nova Ferina“. Primus abbas, Malcolm de Galloway, a populo habebatur ut sanctus. Aedibus primitus ex luto constructis ab anno 1338 lapideae sunt substitutae. Quo anno, septem fratres regnum peragrarunt, mendicantes in hunc finem. Canonia, quae videtur enitusse generatim bona disciplina, pluries habuit abbates strenuos et zelosos. Ecclesiae incorporatae: Tarbart, Tarradale? Redditus anni fuerunt modici: 165/7 Libr. scot. Abbas Finlay II. Mc Faed, sae-

<sup>35)</sup> Catalogus Stac. Radegundis, de qua supra apud Circ. Angliae, enumerans abbatias illarum (1288), Ferniam omittit. In catalogis vero a nobis relatis diverso modo occurrit: N 1 omittit. N 2: in Scotia (separatim a Circ. Angliae) — LSV: Circ. Scocie, simul cum canoniis Hiberniae — H: in prov. Sti. Andree (separatim. Apud Circ. Angliae desideratur) — WT duplicant. Semel tamquam Nova Ferina apud Circ. Angliae Borealis, altera vice separatim tamquam Ferina „in Provincia Sti. Andree“, vel erronee apud Circ. Daniae. P: Circaria Sti. Andreane et Sclavonie.

<sup>36)</sup> In hoc loco fuerat antiqua parochia „Fern“. Ibi tamen fuisse iam saeculo VIII monasterium celticum ad Candidam Casam spectans, ut praetendit SCOTT o. c., vix probari potest. Abbas Rheoddaidhe de Fern, quem adducit, probabiliter pertinet ad Ferns in Hibernia.

# Monasticon Praemonstratense, Editio Prima, Tomus II, 1952

culo XV comparavit organa, suppellectilia et pulchra ornamenta ecclesiae ex Flandria.

Brevi ante annum 1490, non obstante Thoma abate regulari optime moderante, Episcopus de Caithness per bullam subreptitiam abbatiam obtinuit in commendam. Thomae fuit recedendum in curiam quandam abbatiae, nomine Mid Geanies, ubi anno 1516 obiit.. Exinde Fearn erat in commenda, sed nonnulli commendatarii fuerunt veri benefactores eius, reformatores cum ad extra tum ad intra. Anno 1557 dormitorium combustum est. Biennio post, signant 5 conventuales, anno 1578 adhuc unus. Anno 1597 bona eius versa sunt in dominium saeculare. vulgo „Barony of Geanies“, quod traditum est anno 1617, episcopis protestanticis de Ross. Ecclesia exinde inserviit, ut parochialis, eidem confessioni. Anno 1742, fornices eius corruerunt; anno 1772 vero media pars est restaurata, et adeo mutilata inservit ecclesiastico usui usque in hodiernum diem. Capellae laterales sunt in ruinis, de aedibus claustralibus nihil superest.

Archivalia: Obituarium in Bibl. Dugis de Sutherland, Dunrobin — *Ane Breve Cronicle of the Earlis of Ross, including notices of the abbots of Fearn*, in: Advocates Library, Edinburgh (ed. B. W. R) — Documenta sacc. XVI et XVII: Laing Charters, University Library ibidem.

Fontes et Litteratura: HUGO I 658, II 389 nihil praebet — WAE-FELGHEM pariter duplicat 83 et 182 — *Acc. Treas.* VI/VIII, XI — ANDERSON, *Laing Charters* cf. ind. — E. Ch. BATTEN, *The Charters of the Priory of Beauly*, Edinburgh 1877, pp. 205, 313/16 — BREWER, *Lett. Henry VIII*. vol. XVI — *Cal. Charters* I 140 — DONALDSON, *Accounts*, cf. ind. — GORDON 349/52 — GROOME II 12 — HUTTON, Ross (XI 12sq.) — C. INNES, *Origines Parochiales Scotiae*, Edinburgh 1855, II 2, 404, 416, 434/39 — KER 47 — KIRKFLEET 176 — McGIBBON u. ROSS II 542/47 — D. MACRAE, *The Kalendar of Fearn*, in: *Transactions of the Inverness Scientific Society and Field Club*, IX (Inverness 1918/25) — D. LAING, *The Works of John Knox*, Edinbg. 1846, passim — P. L. III, VIII, IX/XI, XIII cf. ind., XIV 162 — RMS III/VI — RSS I 4267, II 1446 — B. W. R., *Ane breve cronicle of the Earlis of Ross, including notices of the Abbots of Fearn, and Ross of Balnagown*, Edinburgh 1850 — A. B. SCOTT, *The Celtic Monastery and Roman Abbey of Fearn*, in: *Transactions of the Gaelic Society of Inverness*, XXVIII (Inv. 1918) pp. 391/410 — THOMSON *Acts. Parl.*, Gen. Index I 532 — WALCOTT 331/32 — *Fearn Abbey, Rosshire*, in: *Scots Magazine*, Perth 1899, New. Ser. XXIII. pp. 98/100 — *New Statistical Account* XIV pp. 361, 400 — Obituarium edd. MACRAE, ut supra, et HMCR II (1874) app. p. 179

# Monasticon Praemonstratense, Editio Prima, Tomus II, 1952

## Series abbatum (BATTEN, sec. „Ane breve cronicle“)

- |   |   |
|---|---|
| 1. Malcolm of Galloway<br>ca. 1220/36 <sup>37)</sup>      | 12. Finlay I. McFaed, sive<br>Ferrier 1408—36                   |
| 2. Malcolm of Nigg ca. 1236/46,<br>† ante 1252            | 13. Finlay II. McFaed 1436—85                                   |
| 3. Machabaeus (Macbeth)<br>Mackersin 1252/72, † post 1274 | 14. John McFaed sive Fearn?<br>1485 <sup>39)</sup>              |
| 4. Colin post 1274, 1281,<br>† ca. 1298                   | 15. Thomas McCulloch 1486—1516                                  |
| 5. Martin ca. 1299/1311                                   | Andreas Stewart, Episc. de Caithness, intrusus ca. 1490, † 1517 |
| 6. Johannes ca. 1311—20                                   | Patrick Hamilton † 1527   |
| 7. Marcus Ross 1321—ca. 1350                              | Donald Denoon 1527—40   |
| 8. Donald of Peebles 1350—68 <sup>38)</sup>               | Robert Cairncross 1540—45                                       |
| 9. Donald Pupill 1368—83                                  | David Panitar 1545/ca. 46                                       |
| 10. Adam Monilaw 1383—1407                                | James Cairncross ca. 1546—post 1550                             |
| 11. Thomas Kethirnathie sive Cat-tanach 1407, res.        | Nicolaus Ross (primus acatholitus) post 1550—1569               |
|   | Thomas Ross 1569—95   |
|   | Walter Ross 1595—97   |

## H O L Y W O O D Sta. Crux (et Stus. Congall?)

gaelice Dair Congall, id est querctum Congalli. Dercongal. Derchungale. Darnounguille. Dawonguill, Retingal. Haly-, Holy-, Haliwode. -wod, -woid. -vod. H. in Nithsdale. Sacer Nemus, -Boscus, Sanctum Nemus, Sanctus Boiz. Holy Bush, Saint Boyse.

Prope Dumfries, versus aquilonem, Dumfriesshire, Dioc. Galloway, saepius etiam attribuitur Glasguensi.

Abbatia. In loco vetusti sanctuarii druidici, ubi vixit circa annum 1013 eremita quidam nomine Congall, ante annum 1225 (1180?) collocati sunt Praemonstratenses ex Soulseat. De fundatore nihil certi potest dici. Erronea opinio habet, ibidem iam fuisse abbatem anno 1154<sup>40)</sup>). Ecclesiae incorporatae et pluries administratae: Holywood, Dunscore, Kirkconnell, Penpont, Tynron. Joannem de Sacrobosco, celebrem illum mathematicum

<sup>37)</sup> Rexit 15 annis, ergo fundatio videtur esse coepta circa annum 1220.

<sup>38)</sup> Obiit 25/VII/68, secundum obituarium loci, ergo non potest esse idem ac sequens Donaldus.

<sup>39)</sup> Hic abbas videtur esse dubius. Successor eius enim Thomas iam occurrit in P. L. XIII 162 die 29a martii 1485 — si datatio est correcta.

<sup>40)</sup> Vide infra apud seriem abbatum

saeculi XIII, fuisse professum huius abbatiae, non est certum<sup>41)</sup>. Saeculo XIV Eduardus Bruce, frater regis Roberti, fundavit juxta abbatiam hospitale cum capella, amplis proventibus dotatum. Dum Scotiae abbates, circa annum 1512, separationem sunt machinati a capite Ordinis, solus abbas Sacri Nemoris ab unitate non potuit avelli, ideo anno 1523 Vicarius Generalis et reformator Circariae ab illo est institutus <sup>42)</sup>). Valor reddituum anno 1544: 700 Libr. Scot. Anno 1562 signant 5 canonici cum Suppriore, cui hoc eodem anno parochia quaedam saecularis committitur. Chorus ecclesiae abbatialis, quae in crucis forma fuerat constructa, deinde factus est templum parochiale protestantium, usquedum anno 1779 ex eius, et monasterii residuis lapidibus nova ecclesia construeretur. Nil superest de antiqua canonia nisi duae campanae, in turri dictae ecclesiae pendentes.

Archivalia: Cartularium dicitur fuisse ablatum in Collegium Scotorum Parisiis vel Duaci saeculo XVII, et non iam invenitur (HUTTON) — Varia documenta 1557/1617 apud Dumfriesshire Antiquities Society — Diploma anni 1548 apud Soc. Antiqu. Scotland

Fontes et Litteratura: HUGO II 717 — WAEFELGHEM 208 — Acc. Treas. II, V, VI, XI — J. C. AITKEN, *Some Notes on the Abbey of Holywood*, in *TDumfrGall* 1887/90 pp. 110/26 — ANDERSON, *Laing Cl.* cf. ind. — ANDERSON, *Early Sources* II 468, 495, 644 — J. BARBOUR, *The Church Bells of Holywood and Kirkmahoe*, in *TDumfrGall* 1898 pp. 82/87 — BECK VI 71 — G. F. BLACK, *Holywood Abbey*, *TDumfrGall* 1891 pp. 126/29 — Cal. Charters II 232, VIII 1731, IX 1896 — CASSILLIS Papers Nr. 479 — CHALMERS V 149/51, 162 — Chron. Melrose 83 — COTTINEAU 1427 — DONALDSON *Accounts* cf. ind. — IDEM, *St. Andr. Form.* I, II — GOODALL II 538 — GROOME II 272 — GOOVAERTS I 542, II 119/21, 417, IV 297/301 — GORDON 135 — J. HAMILTON/GRIERSON, *Some Documents relating to Holywood*, in *TDumfrGall* III ser. vol. VI 1919, pp. 168/92 — HUTTON I Dumfr. 11 — JANAUSCHEK Introd. LIII — KIRKFLEET 176/78 — MAXWELL 118 — P. L. I, IV, VII/XIII, Pet. I — POTTHAST 8386, S986 — Proc. Soc. Ant. Scott. XXIV 17 — Reg. Archb. York, W. Gray 170, 173 — RMS I 106 — Roy. Com. Hist. Mon. Dumfriessh. p. 104 sq., LXVII — THEINER Nr. 67, 945 — THOMSON *Acts Parl. Gen. Index* I 645

<sup>41)</sup> Eum fuisse Praemonstratensem et Scotum, primus praetendit Dempsterus, (ed. 1829, II 579). Alii dicunt eum fuisse Belgam, Hibernum, vel Anglum. Quae omnia carent probatione. (Cf. *Dictionary of National Biography*, London 1908, 1111)

<sup>42)</sup> Vide supra in praefatione (cf. HUGO II 717)

Series abbatum (Nisi alias fons adducitur, secundum  
AITKEN et HAMILTON)

|  |  |
|--|--|
| Odo Ydonc' ante 1225, 1235 <sup>43)</sup>  | Archibald Douglas 1493                 |
| Gregorius 12 . . <sup>44)</sup>            | Johannes 1495/1502 <sup>49)</sup>      |
| Dungald 1296 <sup>45)</sup>                | J(ames?) Welch 1505/23 <sup>50)</sup>  |
| Walter 1371 <sup>46)</sup>                 | John Maxwell res. 1523 <sup>51)</sup>  |
| William of Adavogan 1400/14 <sup>47)</sup> | William Kennedy 1523/41 <sup>52)</sup> |
| Thomas Adunyl 1431 <sup>48)</sup>          | Thomas Campbell 1548/80 <sup>53)</sup> |
| Nicholas Welsh 1480                        | John Johnstone 1600—                   |

Inseri nequit: Michael, secundus et quartus abbas de  
Sacro Nemore (Beauchief Obituary 29. IV, vide supra apud hanc  
abbatiam, Circ. Angliae Medianae)

<sup>43)</sup> *Reg. Archb. York.* W. Gray 170

<sup>44)</sup> Ob. Praem. I 23. IV

<sup>45)</sup> STEVENSON II 68

<sup>46)</sup> Cal. Charters II 232

<sup>47)</sup> FRASER II 417, *Vat. Transscr.* II 58/67

<sup>48)</sup> P. L. VIII 390

<sup>49)</sup> FRASER II 450

<sup>50)</sup> Nondum videtur nobis esse certum, numquid reapse est alius quam praecedens. Inscriptio quadam in una ex campanis ibi relicta hucusque sic legebatur, ut abbatem quendam Joannem Wriah ibi extitisse anno 1154 censerent omnes auctores. BARBOUR o. c. hunc errorem rectificat, legens: I WELCH ABBAS SACR (INEMORIS) . . . 1505. Quem abbatem fuisse Jacobum quendam prae tendit Hugo. Sed cum Quintinum, Viridis Stagni abbatem contemporaneum, erronee nuncupet Eduardum, etiam hoc in casu caute est legendus. (cf. etiam *Diocesan Reg. Glasgow*, vol. I)

<sup>51)</sup> THEINER nr. 945, Cassillis Papers. Vide de eo notam infra suo loco apud Whithorn.

<sup>52)</sup> THEINER nr. 945

<sup>53)</sup> Abbas iste propter fidelitatem erga Mariam reginam anno 1568 damnatus est ad mortem, quae sententia vero non est in praxim deducta.

